



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Reginonis Abbatis Prumiensis Libri Duo De Ecclesiasticis Disciplinis & religione Christiana

Regino <Prumiensis>

Parisiis, 1671

203. De illo qui se servum fecit. & cetera.

urn:nbn:de:hbz:466:1-14622

tui gratia contumeliam fecerit? Igitur Theodor-
 us iudicavit eum qui incestum fecerit duode-
 cim annos pœnitere debere. Alij quindecim,
 alij decem, alij septem. Sed tu priscorum pa-
 trum vestigia sequens, his solis pœnitentiæ
 spatium temperes qui devotè & cum lacrymis
 pœnitentiam egerint. ceteri definitum tempus
 servent.

De illo qui servum se fecit. *Ex Concilio
 Triburiensi cap. XI.*

CCIII. Perlatum est ad sanctam syno- Burchard. lib.
 9. c. 75.
 dum quòd quidam ingenuus ingenuam acce-
 perit uxorem, & post filiorum procreationem,
 occasione divortij, cujusdam servum se fece-
 rit, utrum necessariò mulierem tenere debeat;
 & si tenuerit, utrum illa quoque secundùm se-
 cularem legem servituti subici debeat. Judica-
 tum est uxorem minimè debere dimitti, non
 tamen ob Christi legem mulierem in servitu-
 tem redigi, dum ille non ex consensu conjugis
 se servum fecit, quem liberum maritum acce-
 perat.

Item de incestis. *Ex eodem.*

CCIV. Item indicatum est quendam stu- Concil. Tri-
 bur. c. 44.
 Burchard. lib.
 17. c. 15.
 prasse quandam feminam, quam postea frater
 ejus accepit uxorem. Statuerunt eum qui stu-
 pravit, & à se stupratam fratri celavit, quia
 geminavit peccatum, pœnitentia districtiori
 castigandum; & conjugium tale dissolvi oport-
 ere, & mulieri quidem eis viventibus non fo-
 re potestatem nubendi, illis autem pro mise-
 ricordia conjugium indulgere.

T ij